AUGUSTINUS
Salzburg, St. Peter, Anfang 9. Jh.
Seite 377
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

INCPT DE PSALMO QVADRGESIMO

QUONIAM SOLLEMNIS DIES MARTYRUM INLUXIT PROPTER gloriam passionis xpi imperatoris martirum qui pro sibi pepercit militib: imperans pugnam sed prior pugnauit. prio quicit ut pugnantes exemplo suo ostaretur & maiestate adiuuare & promissione coronare; Audiamus aliquid in isto psalmo quod pertineat ad eius passionem; Commendamus autem sepius nec nos pigeat retinere quod uobis utile est recenire dnm nm ihm xpm. Plerumque loqui esse id est in persona sua quod est caput nm; Plerumque: in persona corporis sui quod sumus nos & ecclesiae eius; sed tamquam ex unius hominis sonare uerba ut intellegamus caput & corpus unitate integritatis consistere. Nec separari ab inuicem tamquam coniugium illum de quo dictum est; Erunt duo in carne una; Agnoscamus duos in uoce una. primo quod legente respondentis captauimus. quamquam de medio psalmo sit hinc tamen sermones ducamus ex ordium; Inimici mei dixerunt mala mihi quando morietur & peribit nomen eius; Persona est haec dni nri ihu xpi. sed uidete si non ibi intellegantur & membra. Dictum est hoc cum ipse dns nr hic inter nos incarne ambularet; Cum enim uiderunt multitudinem sequi auctoritatem eius & diuinitatem & maiestatem miraculis presentatam. Cum hoc uiderent iudaei de quib: ipse dns similitudinem posuit. quia dixerunt. hic est heres. uenite occidamus eum & nostra erit heredtas. Dixerunt apud semetipsos. id. e. inter se. unde pontifia illius caiphae uox est. uidetis quam multatur ba eum sequitur & saeculum post illum abiit. si dimiserimus eum uenient romani & tollunt nobis locum & gentem. expedit ut unus homo moriatur quam tota gens pereat; Euangelista autem uerba nescientis quid dicere exposuit nobis & ait; Hoc autem ab se non dixit. sed cum esset pontifex prophetauit. quia oportebat eum mori pro populo & gente; Tamen illi cum uiderent populum post illum ire dixerunt. quando morietur & peribit nomen eius. Id est cum occiderimus eum iam nomen eius non erit in terra. Nec seducit aliquos mortuos. sed ipsa eius interfectione intellegent homines. quia hominem sequebantur. quia non erat in eo spes salutis. & deserent nomen eius & non erit; Mortuus est & non periit nomen eius sed seminatum. e.; Nomen eius mortuum. e. sed gratia nm fuit qd mortificatum continuo exsurgere; glorificato ergo dns nr ihu xpo coeperunt multo magis multoque numerosius credere in illum